

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Ionae Versiones, Polonica Et Bohemica

Apvd Protestantas Hodie Receptas, Praemissa Notitia Versionis Vtrivsqve,
Cvm Originali Textv Hebraeo Collatae : Dissertatio Historico-Critico-Sacra

...

Ad Diem XII. Nov. Ann. MDCCLIX. ... Examinandam Commilitonibvs Tradit

Carpow, Paul Theodor Carpow, Paul Theodor

Rostochii, [MDCCLIX.]

VD18 90522079

Ad vers. 12.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10388



Ad vers. 10.

Eum quomodo vertant et invertant simul POLONI, percipe ex latina hacce versione: *Tunc expaverunt viri pavore magno: certioresque facti viri iidem, quod a facie Dominica fugiat, (nam indicaverat illis) dixerunt ad illum; quare hoc fecisti? Conciunt BOHEMI, etsi verba priora aliter paulo reddentes, nimir. Propterea extimuerunt viri isti timore magno.*

Ad vers. 11.

Hunc deinceps ita connectunt cum præcedenti, ut *Vav* vocis ejus initialis וַיִּאמְרוּ vertant P: *Nad to h. e. Super hoc l. Præterea*, et B: *Gessie b. e. Etiam*, quod eodem recidit.

(וַיִּשְׁתַּק חַיִּים מְעִלְיוֹ) P: *aby sie morze uspokoilo*, B: *aby se more spokogilo*. h. e. *ut mare tranquilletur*, daß das Meer sich befriedige, L. zu Frieden und zur Ruhe gebe. Hic vero a comite εὐαρεβεια iterum aliquando deserti integram prætermiserunt vocem מעליו.

(כִּי חַיִּים הוֹלֵךְ וְסֵעַר) Verba hæc BOHEMI parenthesi incluserunt. Utrique autem ad idioma (etsi non stricte tale, Cf. Tractat. noster *Ars ideam distinct. de Voce hebr. formandi*, C. I. §. 32.) L. Hebrææ probe attenti vim הלך (Cf. DANTZII Interpretes §. 109.) in hacce constructione studuerunt exprimere per *im daley, tym wiecey*, et *wzdy wjce a wjce*, h. e. *quo diutius, eo magis, et magis magisque*; uti etiam habent BELGÆ reddentes: *Want de Zee weert hoe langer hoe onstuymiger*, et ex Judæis וַיִּשְׁתַּק חַיִּים מְעִלְיוֹ v. seq. 13. i. *langer i meen (אי לענגר אי מין)*.

Ad vers. 12.

(וַיִּחְתְּרוּ). *Vav* præfixum hic reddunt adverbative *Alē h. e. Verum, Verum enim vero, ast, etc.* idque contextui conformiter



formiter. Jonæ nimirum, etiamsi per factam caute satis suo modo Sortitione divinationem propriaque imo jam confessione reo et in culpa, parcituri tamen porro, sententiamque durissimam ab eodem latam (v. 12.) contra semet ipsum ægerrime executuri, ultimum experiri prius ipsi, quam neci expetitæ quamvis tradere illum maluerunt viri isti probi. Itaque, ut attingerent, si pote littus, eum ibi exposituri vivum, מִתְּרִי h. e. *fodebant*, nimirum mare remis, five *remigabant* fortiter, per *Metaphoram* (*); in quam sententiam conf. ex Hebræis ipsis KIMCHI una cum *Michlal Jophi SALOMONIS BEN MELECH*, ABENESRA, et JAC. LOMBROSO ad h. l. Consonant ex Commentatoribus nostratibus quoque quidam illustriores, et ex versionibus publicis v. g. *Chaldaica* JONATHANIS, reddens יָשָׁו, *Vulgata Latina*, vertens *remigabant*, nova *Belgica* et nova *Danica*, habentes roeyden, ac roede; quemadmodum et *Judeorum Germanicæ* tam WITZENHAUSENII quam BLITZII, habent ruderten; denique Lexicographorum etiam plurimi.

(*) Quam recte dixit GROTIUS perelegantem. Comparationis quædam momenta sunt manifesta vel in quocunque remorum & remigationis modo. Fieri adhuc & preterea potuit, ut ab illis adhibitus, fodiendi terram instrumento actuique adhuc in quibusdam fuerit consimilior. Dari tales probant suo exemplo *Japonenses*, de quorum remigatione audire referentem KAEMPFERUM (*Reise nach Japan*, V. Th. III Cap. Tomo IV. DU HALDE vernacule editi, p. 353.) & juvat & delectat; quare in Lectorum gratiam Excerptum hic exhibemus hocce. Gemeinlich hat ein jegliches von diesen Schiffen 30 bis 50 Ruderknechte, wenn der Wind heftig ist. Diese sitzen auf dem Hintertheil des Schiffs, und rudern, entweder nach einem musicalischen Tact, oder nach der Melodey eines Gesanges, oder nach einem Laut, darnach sie sich alle in Anlegung ihrer Hände richten müssen. Sie strecken ihre Ruderstangen nicht vorwärts aus, und durchschneiden nur die Oberfläche des Wassers, sondern sie lassen sie senkrecht niederfallen und heben sie wieder in die Höhe. Addimus etiam sequentia, quippe a scopo, haud aliena: Diese Art zu rudern, hat nicht allein alle Vortheile der unsrigen, sondern sie scheint auch darinnen besser zu seyn, wenn man erweget, daß diese Schiffe zuweilen an Orten kommen, wo sie wenig Raum haben, die Ruderbänke auch sehr hoch über dem Wasser stehen,



sehen, und endlich auch ihre Stangen zu solchem Gebrauch eingerichtet sind; indem sie nicht gerade sind, wie die unsrigen, sondern gekrümmt, und haben überdies in der Mitte ein Gelenke, welches dem bestigen Druck des Wassers weicht, und machet, daß die Ruderstange leichter hervorgezogen werden kann.

POLONI reddunt: ROBILY *wiorlamj*, h. e. AD-LABORABANT *remis*, BOHEMI: STATECNE TAHLI (*wesle*) h. e. VIRILITER TRAHEBANT (*remos*). Et hi consentientes habent, inter alios, LXX. *Interpretes* reddentes per $\pi\alpha\rho\epsilon\beta\iota\alpha\zeta\omicron\nu\tau\omicron$, RASCHIUM (*), *verf. Syriacam, Arabicam, &c.* qua rei summam. *Synecdochice* nempe, posita pro genere specie, *fodere* illis idem est quod *laborare, contendere, moliri, conari molimine magno etc.* Consimiliter censet etiam DRUSIUS ad h. l. post reliqua commentatus. „Est etiam *fodere* magno conatu „aliquid agere; ut exponi possit, *magno conatu moliebantur* nam „vim reducere aridam versus. Valde hoc se mihi probat, ei- „que firmando est, quod in Græco $\pi\alpha\rho\epsilon\beta\iota\alpha\zeta\omicron\nu\tau\omicron$ “. Miramur Virum solertissimum experientissimumque non usus hujus *fodiendi*. Verbi attulisse aliquod exemplum. Talia interim, etsi nobis sint in promptu (**), metaphoraë tamen, utpote rei præsentis accommodaë specialius magisque, quin et ipsum unicum illud, quo solo *Synecdoche* nititur, comparationis Tertium suo sub ambitu complectenti, sumus faventiores merito.

(*) Explicantem per: $\text{במחמתו כחותו ועסקו כחותו}$ h. e. *fatigabant sese ac laborabant ad instar fodientis ligone*; quæ eadem Viri verba forte obversabantur animo nostri, de *Jona* bene meriti, TARNOVII, commentantis: „*remigabant*, hebr. וירחמו , proprie *fodiebant*: adeo valde laborabant, ut qui ligone terram fodit, remos inhigendo & extrahendo ex mari.“ Addimus *periphrasin Judæo-germanicam*, in *Sepher hammaggid* extantem adque RASCHII præprimis mentem conformatam; quæ ita hic habet: ננין וננין &c. h. e. und si dringten und grabten, clomar (daß ist) si haben sich gemüt, als einer der da grabt und tut sich bemühen; also mühten sich die mannen zu wider keren zu der jabbaschah. (Land.)

(**) Huc referimus illud, quod legitur in *Evangelio secundum LUCAM* C. XVI. 3. *GRUBEN* (h. e. *Arbeiten, durch Mühe und Arbeit*)



heit mich ernähren) mag (vel potius vermag five fan, juxta Interpretem Syrum aliosque, quin & Textum Græcum ipsum, quippe habentem *אני*) ich nicht! Illustrationi hujus & simul etiam exemplo esse potest illud ex *Tit. Talmudico* PIRKEABHOTH C.IV. §. 5, quo prohibetur, scientia legis divinæ uti tanquam instrumento panis lucrandi, verbis: *ולא קרדם לחפר בה* h. e. *neque* (facias ex ea) *securim*, ad FODIENDUM ea! *Securi* enim non foditur proprie, sed *laboratur* tamen, pro acquirendo victu & amictu. Hoc sensu verba reddiderunt ista ipsimet Judæi Germanice ita: *unt solst sie a h nit machen as ein helz aßst, daß du dich der son der nären und essen wolst!* eandemque interpretationem firmat, inter reliqua, varians etiam hic occurrens Lectio, quippe pro *לחפר בה* ad *fodiendum eâ*, habens *לכל ממנה* ad *comedendum* (nutriendum te) ex ea. Conf MAJEMONIDES & OBADIAS DE BARTENORA ad h. l et *Seder Tphilloth* s. *Liturgia* ex ritu *Judaorum Germanorum* edit. *Amstelodamens.* 1737. 8v. fol. 153. p. 1.

Ad Verf. 14.

אנא יהוה אל נא—נאברה POLONI: O PANIE, *prosimy*, abymy nie zgynely, h. e.: O DOMINE, *quesumus*, ut ne pereamus! BOHEMI: *prosymec*, O HOSPODINE, *abychom* ne zahyneli, h. e: *quesumus* te, O DOMINE &c.

Laudem merentur hic utrique, quod adfectus plenissimam particulam *אנא* & *נא*, a supplicantibus jam Jonæ Deo, τῶ JHOHAH, nautis inter fervidissima suspiria repetitam, attendentes probe pro virili studuerint exprimere, illam nimirum per O! hanc vero per *quesumus!* *Vulgatus* enim *Interpres Latinus* aliique plurimi, ad repetitionem emphaticam istam haud atrenti, priorem tantum reddidisse fuerunt contenti. Atque hoc ipso defectu laborat *Germanica* nostra B. LUTHERI, facillime supplenda addita unica vocula *doch*, hoc modo; *Ach HERR, laß uns doch nicht verderben!*

בנפשי) Varie admodum reddi solet: *in anima, cum anima, pro anima, ob animam, ob vitam, ob necem, ob personam* &c, POLONI vertunt